discretionis caussa? et unde postea in alium statum, ut veni-
entes, mutata sunt? Aut enim antea ad propriam utilita-
tem vel spiritus vel creaturae aliae / continuit aeterne autem
[illegible] inutile / hoc animadvertentes
tendes ad unionem prudentiores sunt factori. Et quae praeterea
alia impia et absurda scatent prima statim post hujus
haereseos ortum. Deo adversum, furiosum et
absurdum est, alium quidem animae, alium corporis
creatorem monstrose comminisci. Quod autem + qui in   +ab iis,
errore haereat, dicitur, sollicitari nos ad improbitatem   Propositio M.
a mali Principio; scilicet illa ratio a veritate
non aberrare est. Etenim quando a recta via ita
avertimur ut indivisibilem et inseparabilem Dei Imperium
ac potestatem, in duo discerpimus: sane id omne etiam
versuta et vehementi mali illius perturbationi debetur.
At ille aggredi quidem nos potest, nec tamen nobis omnis
ipsius insultus repellendi facultas ablata est. Repelli-
mus autem et corpore et anima. Quod si autem corpus nostrum
perturbationes mali potest repellere, et non repellere
tantum sed et omnem ejus vim prosternere, quomodo
ille hujus Creator esse potest? Quod enim Dei creatura
Domini sui praeceptum contemnere, et fallacias sui hostis ad-
mittere potest, id habet ab animo in creatione nobis
indito, qui se ad utrumque potest convertere. Est enim
liberae potestatis anima, (prout dicitur: Ecce   Deuteron. XXX, 19.
posui coram Te mortem et vitam). Quod autem
totus nil nisi malum est quomodo potest
repugnare suo principio? Qui enim de [illegible]
qualem relinquere potest,
cui ipsi nullum est judicium? Quomodo autem ad melius se applicare,